

sunt que adversus hostes bellum gerant, ut supra dictum est de *belis oblatione*, v. 50, v. 52. Certe Numa Pompeius nuntius de adventu hostium respondebat: *Ego sacrificabo.* Quod si victimae irrationalis certiores reddebant Israëlitas de auxiliis Dely, quid *hostia rationalis, vientes, et Deo placentes?* quid fiducia multo bonior? *CAPUT XXXII.*

**1.** Ecce in justitia regnabit rex, et principes in iudicio praeerunt. **2.** Et erit vir sicut qui absconditur à vento, et celer se à tempestate, sicut rivi aquarum in siti, et umbra petre prominentis in terra deserti. **3.** Non caligabunt oculi vidēniā, et aures audientia diligenter ascoltabant. **4.** Et oritur stolzor intellegit scientiam, et lingua ishalborum velociter loquetur et planaz. **5.** Non vocabitur ultra is qui insipiens est, princeps; neque fraudulentus appellabitur major. **6.** Stultus enim fatua loquetur, et cor eius faciet iniuriam, ut perficiat simulationem, et loquatur ad Dominum fraudulenter, et vaciam faciat animam esurientis, et potius scitenti inferatur.

**7.** Fraudulentii visa pessima sunt, et ipse enim cogitationes concinnavit ad perpendos mites in sermonē mendaci, cum loqueretur pauperi iudeum. **8.** Princeps vero ea que digna sunt principi cogitabit, et ipse super duces stabit.

**9.** Mulieres opulentes surgent, et auditae vocem meam: filiae confidentes, percepit auribus eloquio meum, et nuntiū ostendit: *Venite ad me, et euāt.* **10.** Post dies enim et annū, vos conturbamini confidentes: consummata est enim vindicta, collectio ultra non veniet.

**11.** Ostatupescite, opulentes: conturbamini, confidentes: exuite vos, et confundimini, accingite lumbos vestros. **12.** Super ubera plangite, super regione desiderabilis, super vinea fertili. **13.** Super humum populi mel spinæ: et repres ascendens: quanto magis super omnes domos gaudi civitatis exultantis!

**14.** Domus enim dimissa est, multiudo urbis repleta est, tenebris et palatio facta sunt super speluncas usque in aeternum. Gaudium onagrorum, pascuta gregum.

**15.** Donec edfundatur super nos Spiritus de excelso; et erit desertum in Carmel, et Carmel in salutem reputabitur.

**16.** Et habitabit in solitudine iudicium, et justitia in Carmel sedebit.

**17.** Et erit opus justitiae pax, et cultus justitiae silentium, et securitas usque in sempiternum.

**18.** Et secessit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiducie, et in requie opuleat.

**19.** Grandi autem in descensione satios, et humiliati immuniti civitatis.

**20.** Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.

sacerdotium illud juge in Ecclesia, quo Unigenitus Deo Patri offerimus in animis nostris, non efficit? Quomodo ignem charitatis in pectorum cordibus perpetuo ardente despiciat bonus Pater? Perdet, perdet, scio, hostes Ecclesie, si ignis hic et fides non deficit.

## CHAPITRE XXXII.

**1.** Car il viendra un temps où le roi régnera dans la justice, et où les princes commanderont avec équité. **2.** Et chacun sera comme dans un abri à couvert du vent, et dans une retraite contre la tempête; le prince sera ce que sont les ruisselans dans une terre altérée, et ce qu'est l'ombre d'une roche avancée dans une terre déserte brouillée du soleil.

**3.** Les yeux de ceux qui verront ne seront point troublés, et les oreilles de ceux qui entendent entourées avec attention;

**4.** Le cœur des insensés sera éclairé de l'intelligence, et la langue de ceux qui bégayaient s'exprimera promptement et nettement.

**5.** L'imprudent ne sera plus appelé prince, ni le trompeur ne sera plus appelé grand.

**6.** Car l'imprudent dira des extravagances, et son cœur s'abandonnera à l'iniquité, pour achieve le mal qu'il dissimulait, pour parler au Seigneur avec une langue double, pour réduire à l'extremité l'âme du pauvre, et pour ôter l'eau à celui qui meurt de soif.

**7.** Les armes du trompeur sont maigries; car il s'étudie à trouver des inventions pour perdre les humbles par un discours plein de mensonge, lorsque la pauvre parle selon la justice.

**8.** Mais le prince aura des pensées dignes d'un prince, il conservera son autorité sur les chefs.

**9.** Femmes comblées de richesses, levez-vous, et entendez ma voix; filles, qui vous croyez si assurées, prenez l'oreille à mes paroles.

**10.** Dans quelques jours, et dans une année, votre assurance se changera en un grand trouble, car on ne sera plus de vendanges dans les vignes, et on ne moissonnera plus.

**11.** Tremblez, ô femmes opulentes; pâlissez, audacieuses; déponnez-vous de vos ornements, courez-vous de confusion, revêtez-vous de sacs.

**12.** Pleurez vos enfants, votre terre qui était si abondante, et vos vignes qui ont été si fertiles.

**13.** Les ronces et les épines couvriront les champs de mon peuple; combien donc plus couvriront-elles toutes ces maisons de plaisir d'une ville plongée dans les délices!

**14.** Car ces palais seront abandonnés, cette ville si peuplée deviendra une solitude, ses cavernes seront couvertes pour jamais d'épaisse ténèbre. Les âmes sauvages s'y joueront, les troupes viendront y pâture.

**15.** Jusqu'à ce que l'Esprit du Seigneur soit répandu sous le haut du ciel, et que le désert se change en un champ fertile, et le champ fertile en un bois sauvage.

**16.** L'équité habitera dans le désert, et la justice se reposera dans le champ fertile.

**17.** La paix sera l'ouvrage de la justice; la tranquillité et la pleine sécurité seront à jamais le fruit de la justice.

**18.** Et mon peuple se reposera dans la beauté de la paix, dans des tabernacles de confiance, et dans un repos plein d'abondance.

**19.** Mais la grêle tombera sur la forêt, et la ville sera profondément humiliée.

**20.** Vouserez alors comblés de richesses, et on vous dira: Vous êtes heureux, vous qui semez toutes les eaux, et qui envoyez pâtre le bœuf et l'âne, vous recueillerez des fruits en abondance.

**Vers. 1.** — Ecce. Brevisimo tempore post vastatos Assyrios regnavit feliciter Ezechias, nempe per 15 annos. Post ejus autem mortem regnavit crudelissimus Manasses; ut verisimile sit, sicut per Assyrios hostes populi Dei delineatos diximus, ita prophetam quoque alia feliciora tempora, et alterum regem sanctiorem Ezechias, occisum populi Dei hostius, regnatum vidisse. Sed etis hæc de toto ejus regni tempore dicta accipiamus, nempe 20 annis, non tam sulleniens videat illa felicitate ut eam sic propheta decantaret. Ezechias ergo ut typum, et regnum Filii Dei ut veritatem consideremus. In JUSTIA, Hebr., ad justitiam. Sensus idem est quod in hoc toto incunheret Ezechias ut justè regnum administraret. Utinam quoque Hebrei nominibus cum lamed pro adversis, et priapices, qui visores videbant, etc. Oppositum hie promittit: nam sub Christo restaurata est visio et omnina bona; nec solim justos principes habuerunt Christiani, sed et vigilantissimos pastores, qui que à Deo audiebant populo nuntiantib; et populi aures quæ ab eis dicebantur diligenter ascoltabant. **Vers. 2.** — NON VINCAGENT. Sensus eleganter reddidit; ego significationem verbi retinui: quod tamē juxta varianū constructionem variū quoque redendum est. Supra 29, 10, et seq. diebat agulos restringendos, et priapices, qui visores videbant, etc.

**Vers. 3.** — NOX CALIGENAT. Sensus eleganter reddidit; ego significationem verbi retinui: quod tamē juxta varianū constructionem variū quoque redendum est. Supra 29, 10, et seq. diebat agulos restringendos, et priapices, qui visores videbant, etc. Oppositum hie promittit: nam sub Christo restaurata est visio et omnina bona; nec solim justos principes habuerunt Christiani, sed et vigilantissimos pastores, qui que à Deo audiebant populo nuntiantib; et populi aures quæ ab eis dicebantur diligenter ascoltabant. **Vers. 4.** — STU. TORM. Manifestum est verbū: mahar esse idem quod festinavit; nimirum citius propriè est festinus. Infra 35, Vulgatus festinus cordes reddidit: pulsitanimes, ego puto hie recte Vulgatum: vertisse. Nam stultorum est precipitantes res aggredit, sentientiam dicere; et hoc vocasse Paulum p̄p̄zētē, 2 Tim. 5, p̄cip̄tes; unde ab hoc verbo est nomen genitum quod p̄cip̄tia notat, Ps. 140. Nulli autem ad p̄cip̄tiandam scientiam magis inepti sunt quam qui vel naturā vel vitio p̄cip̄tes: qui non legitur nisi in passivā neutrali significacione, est occultari, abdi, etc. Hinc nomen macabe abditum, latibulum; ut 1 Sam. 25, ubi Vulgatus in plur. latibula verit: Considerate omnia latibula ejus in quibus absconditur. A VENTO. Hebr., latibulum, venit, sicut quod sequitur, abscondit imbris vel nimbi. Ergo improbi comparantur, primo, vento impetuoso, deinde, imbris impetuose cadentibus, seu inundatione, tertio, siccitate, quartu, aestu. Ut enim quatuor haec molestia sunt nobis, ita improbi, presertim potentes, probris viris, maximè pauperibus, molestissimunt. Boni autem magistratus latibulis, protectionibus, ritis atque umbrae comparantur, quid ab injuriis potentium infirmiores intulerint dum ius cuicunque redunt, neque aliud quam justitiam attendunt. Tales plurimos quasi part edidit Evangelium. Neque tam justos unquam magistratus peperit aut philosophia aut recta ratio aut Mosaic institutio quam Evangelium, quod totum justitiam spirat. Sub Evangelio enim et in Christi regno est animorum sanctificatio ac justificatio multo angustior quam unquam fuerit. At justitiam politicanam quis una o. incolit, colit quim qui justus eum non est incoluerit neque amplius in illo tempore, sensilla sentiat.

**Vers. 5.** — IS QUI INSPIENS EST. In Hebreo manifesta est oratio, quæ sic plane reddi potest, id exigente constructione verbi cara cum lamed: Non amplius fatuo imponetur nomen principis: id est, nequam qui insipiens fuerit, seu fatuus in principem eligetur. Non quod id in populo Christiano nunquam eveniat, sed quod tanta futura esset in regno Christi sapientum multitudine ut nulla unquam necessitas constituit, in pastores seu spiritales reges eligere. Pauci cari, Verbum nadab, id est, spontaneus, liberaliter musicus fait, includit etiam quandam hilaritatem seu alacritatem, et quodammodo hercicam magnificam, et largitatem. Unde est nomen nadib manifestus, beatus, seu qui aximum habet heroicum ad beneficium, quod incoluerit neque amplius in illo tempore, sensilla sentiat.

**Vers. 6.** — SPONTANEOUS. In Hebreo manifesta est oratio, quæ sic plane reddi potest, id exigente constructione verbi cara cum lamed: Non amplius fatuo imponetur nomen principis: id est, nequam qui insipiens fuerit, seu fatuus in principem eligetur. Non quod id in populo Christiano nunquam eveniat, sed quod tanta futura esset in regno Christi sapientum multitudine ut nulla unquam necessitas constituit, in pastores seu spiritales reges eligere. Pauci cari, Verbum nadab, id est, spontaneus, liberaliter musicus fait, includit etiam quandam hilaritatem seu alacritatem, et quodammodo hercicam magnificam, et largitatem. Unde est nomen nadib manifestus, beatus, seu qui aximum habet heroicum ad beneficium, quod incoluerit neque amplius in illo tempore, sensilla sentiat.

ciendum; quod quia principum est proprium, hinc factum est ut passim pro principe usurpetur; Prov. 17, 19, Ps. 118, et Prov. 8, ubi Vulgatus reges et principes vertere solet; qui usus comprimator ex Lue. 22, ut iam supra annotavi. Quare, ut ego quidem sentio, optimè Vulgatus has voces reddidisse videtur. Neque de sordido aut liberali hinc est sermo; neque contra adulacionem haec faciunt, sed potius ad felicitatem regni Christi proper sapientiam, veritatem atque justitiam, quibus preditos fore ecclesiastices principes propheta significat. **FRAUDULENTI**, *kiliat*, et paulo post *keli* est à verbo *kala*, *cocuavit*, *prohibuit*, *excochlearit*, etc. Hinc nomen quod *parcus* et *avarus* significat, qui ab aliis facultates suas prohibet, easque concludit. Vulgatus *frandulentum* dixit, quia avarorum sunt fraudes, ut mox dicit v. 7. **Juxta constructionem** vero cum *lamed* sic aperte reddi posset: *Nec parco imponeatur nomen servatoris, seu opiflatoris.* Major, à verbo *vasca*, *opiflatus* est, *servatis*, est hoc nomen; sed sicut dixi de nomine *nadib*, usi factum est ut *dignitatis* et *magistratis* nomen esset, Ezech. 25, *prefectum*, et *opiflatorum*, et Job. 54. Nam quod liberatum dicunt significare quidam rabbini, unde id habent ostendunt. Certe apud Ezechielem et Job quod nomen si *dignitatis* manifestum est. Ego principem seu *prefectum* libenter dicerem. Duo autem sunt vias maximè cum officio principis pugnatio, fatuus et avaritia; haec à Christianis seu ecclesiasticis principis aliena fore significat propheta, quandoquidem juxta Evangelium divitiarum contempsit in Ecclesiis Dei vigore debet.

Vers. 7. — **STULTUS EXIM.** Quoniam indiget sint principatus et *fatus* et *parcus* his dubios verbis ostendit; vel certe unde dignoscit possint, videlicet ex fructibus. *Fatus* loquetur, id est, loqui solet, *fatuus* tem. Possumus in his verbis *nabab* accipere pro *ignave*, ut videtur acipi 2 Sam. 5: *Nunquid ut moritur ignavis, moritur Ahner?* et Prov. 17: *Non competit ignavi labium excellenter, multo minus principi labium fallacie.* Isti itaque ignavi homines non solent loqui verba que aliorum sensum excedant, ac supererant, non magna, non magnifica, non admiratione digna; immo iuxta Salomonem, *mīnīa luce illis* conve- niunt quicunque principi verba fallacie plena; sed loquuntur fatuitatē, id est, *vilia*, *futilia*, *nilique pretia grata*; aut dignatis habentia. **FACIT INQUITATUM.** Dicit ex concupiscentiam illam pravae nobis inquitam propriè significare. Qui verbo concupiscentiam hanc et naturae corruptionem sequitur, in sceleris omnino prohibetur. Sunt autem *fatuus* quidam et *ignavi sapientes* ut faciat malum, *ne autem facere hixerint*: horum hic ingenium depingit. Si verba quidem attendas, insipientem iudicabis; et in corde imprimatur ut quod concupiscit exequatur, atque ad hoc faciat, ut mox sequitur, *simulationem*; sic enim loquuntur Hebrei: Hypocrite, inquit, sunt, et quid velint in corde occultant; neque palet eos *iniqui* de *Deo* logi, illique oscitantiam, ignorantiam, *sa* inadventitiam iniquic adscribunt; ut enim liberò que volent agant, Deum

nostra non considerare dicunt. Hinc sit ut audeant esurient cibum et sitiens potum auferre. Et *LOQUENTER* ad DOMINUM, vel potius de *Iehova*. Enim, est interclusus *vis* vel *lamed* Hebrewis, ut jam supra annotavi.

Vers. 7. — **FRAUDULENTI**, *parci*, vel *avaris*, ut jam dixi. *VASA*. Paronomasia est in Hebrewo, *chelai*, *chelau*, *parcus*, *vasa ejus*, id est, *parci* *vasa*, etc. Jam ingenium fatuorum exposuit, nunc ad *avaros* transit; quos tamen in erinnibus similis videbis. Sunt autem qui per *vasa* arma intelligent, Nam vox *keli* generaliter omne *instrumentum* ad quocumque usum significat. Et ita hoc nomine *vasa* usi sunt Apostoli Act. 9, et Rom. 9. Quanquam differentiam faciunt inter vas ad excipiendum paratum, quid *zayon* vocant, et inter vas quodcumque ad usum domesticum pertinet, quod *zayon* appellant; straminea tamen genus Hebrewi *keli* vocant. Et quidem Latinis *venustioribus* omnis supellex *vasa* dicebatur, ut Hebrewi. Hic ergo non *parmis* tantum, sed pro universi *supellectili* accipere possumus; q. d. *Nihil domi habet avarus quod bonum sit*; *quidquid habet, quidquid loquitur, et cogitat, malum est.* Quia tamen nomen Hebrewi in plurali forma feminina *keliot* pro *renibus* accipitur, qui sunt *vasa* *seminis* et *generationis* *instrumenta*. Levit. 5, etc., transmittuntur non raro pro *cupidiatis* et *affectionibus carnis*, quid sedes sint affectuum, Ps. 7, Jer. 44, etc., non almodum durum fuerit pro *affectionibus* hoc loco accipere; nam sequitur: *Iesse ex cogitatione*, etc. Eleganter Vulgatus Hebrewea expressit; *tanta enim est proprie sternere*, ut jam seppe dixi. Quia vero consilium est stratum suū basis acti- num, verbo *consolidandi* reddi solet. Hic autem regit, nomen *simoth*, id est, *cogitationes*, quid sicut verbum *zamah* plurimum in malum accipitur, ita nomen, fere semper *pravae cogitationes* nota, et nomine *sceleris* reddi potest, sicut redditur Vulgatus, Levit. 20, et alibi sepius. Ad *PERBENDOS*, vel *super perden- dis*, vel *de perpendis*. De temporibus quoque verbo- rum ne sis sollicitus; mores enim cum describat, sive in praeterito, sive in futuro cferat, per presens reddi debent. **CUR LOQUERETUR** Hebr. in *loquendo*, et Vul- gatus omisit *tax*, quod superfluo videtur; et *dim*, *loquitor* *eyens iudicium*, id est, etiam cum justa est, *egenorum causa*, avarus menaciacis eos subvertere co- nat. *videt* *potest* *malum*, *loquitur* *malum*, *loquitur* *malum*.

Vers. 8. — **PRINCIPES VERO.** Recit. Vulgatus *eu* pro adversativa particula accepit. Mores ergo eius qui ad principatum natura videtur, breviter depingit. *Ea quae sunt luxi principes.* Sicut Vulgatus docet, nomen *magnifici* pro *principi* accepit, ita et nomen *magnificentiarum* pro *itis quae digna sunt principi*. Nos, si liecet, dicremus *regalitatem*; et hoc nomen opponit *fatuitatis*, *concupiscentias*, *simulationibus*, *blasphemias*, et *crudelitatis* *ignavorum* *se* *fatuorum*; atque etiam *sceleratis* *vasi*, et *consilii*, *injustitiae*; atque *menacias* *avarorum*. Qui enim ad imperium aptus est, nihil horum cogitat, sed ab omnibus maxime alienus, *regalia* et *digna rege* et *consultat* et

**COMIMENTARIUM.** CAPUT XXXII.

loquitur. Nam, ut supra ex Prov. 17, adduxi, non decent *principi* verba *fallacie*, sed potius excellente. Vide supra v. 6. *Suras* *pecces*. Nomen quod in hoc versu Vulgatus per circumloquium redditum, *en que sunt digna principi*, hic *jam ducas* *veriti*. Est autem *madib* nomen adjectivum masc. *magnificus*, et substantivum; ut *di*, *pro principi accepit*; *medib* vero est ejus femininum; quod habes Ps. 51: *Spiritus magnificus sustinet me*; cuius hic bis habet plurale, *magnifica*, seu *magnificetas*; *hos cogitat* seu *secum consultans* *versat*, et *super ipsiis consuit* *se sit*. Estque eadem forma loquendi quā D. Paulus uitat, *in his esto*, id est, *firms permane*, et ab his ne discedas, sed *hīs insiste*, et studiosus persequerere. Ergo *principi super itis que digna sunt principi stat*; *regalia* et *magnifica* motes atque dies animo *versat*, quoniam pacto omnibus prosit, nemini nocet; *justitiam* *colat*, *pacem conservet*, felicitatemque populi afferat. *Hujusmodi plorimus* editi olim Christianismus. Tales reges et rectores elicet Spiritus Christi supremi illius pastoris pastorum. Neque unquam decidunt in populo Christiano, huiusmodi viribus instructi, quos populus Christianus sibi effigie in reges atque pastores possit. Neque enim hoc loco propheta tam qua futura esse in Christi regno predicta instituit quam que fieri possent si homines sibi recte vellent consolare. Quā loquendi formā eleganter etiam mores principum qui tunc populū gubernabant, quasi aliud agens, præstrigunt *en que sunt*.

Vers. 9. — **OBULENTIA.** Hic *tranquillitas* redditum; quia verbum *carar*, *commotionem* manifestam potat corporis, vel animi, vel utrinque simul; supra cap. 19, et infra 66, estque contrarium *quieti* atque *tranquillitati*. Vide supra vers. 9. *Contra* *tranquillitatem*. Hoc verbum et quae sequuntur in Hebrewo in infinitivo sunt; quo et nos Lusitanū uimur quando ob indignationem vel atrocitatem rei brevitati studemus. *Eia exi*, *flare*, *ejudare*, etc., q. dicamus: Non alterius rei aut negotii tempus est; ita hoc loco, *trrepidate*, *tranquillitate* instat enim tempus quo nihil aliud videbitur, quia *conturbatio*, *expollatio*, *deundatio*, et *accincta* *extirpatione* tempestis.

Nam et pro nominibus, si velles, potes accipere infinitivos. De ipsis autem vocibus in superioribus dictum est. Vulgatus vero dixit pro *nudari*, *confundi*, quia ipsa nudatio turpis est, adeo ut a verbo *indandi* derivatis nominibus, ad significandas res turpes et verendas passim utatur Scriptura. *Et sura inquit obi* *des* *clausis* *mitior*.

Vers. 12. — **SERVA USERA.** Credo *abera* hī figurat pro *laetentibus* ac *liberis* accepit. Nam multam problemat: Scriptura *benedictiones* *abera* et *uteri*, Gen. 49, cui opponit *suba steriles* et *ubera* *arenia*, Ose. 9. *Regnem*. *Agris desiderii* vocat hebraismus fertiles, et qui desideriū satisficiunt atque respondent, et quos habitatores magnificant, etc., *colunt* *imp*.

Vers. 15. — **SPINA ET VESPES.** Cōm non coluntur agri, ipsa tellus germinat senes et spinas; et verbum *abha* Hebrewi etiam tribuitur *is que è terra* producentur. Poteris quoque ad hostes referre; sed ego malo de *spinis* intelligere, que solidinem atque vastationem significant (quam mox explicabit) quas

dicit pulchras domos, et quae ad delicias in Ierusalem fabricatas erant, invasuras. Quid certè tempore Ezechiei non contigit: ut video prophetam, cum hactenus ab historiâ non recessisset, voluisse nobis significare quid aliam Judeæ vastationem prævideret, eam videlece quam peccatum invexit, et eam que per Romanos contigit: ut spiritalem quoque restorationem intelligeremus, quod statim verba facit. **Quâd magis, i.e.** Multiplex usus est et varius hujus dictionis Hebreis; et nonnunquam esse adversariam particulam nemo Hebraeus doctus dubitabat, quin in se cùm in, sive sine eo. Et hujusmodi acceptio hoc in loco milius pli aruit, q. d.: Nihil mirum quid super agros exrcescant sentes; nam et super palatia divitium in civitate que continuo gaudiis et festivitatibus perstrepit (quod nemo ante credidisset) ascendent spinae et vepres, etc. Atque haec est causa cur plangere deberent universæ civitates, ut ad hunc locum resipesse videri possit Dominus quando ad se plangentis lemnas conversus, dixit, ut super semetipsas flerent et super filios suis; nam venturi essent dies in quibus dicterent, beatæ steriles, et ubera quæ non lactaverunt. Annon hoc est flere super ubera? Annon aridum lignum erant Iudei, et civitas et omnes domus eorum? quid si in viridi illa fibabant, quid sperare deberent ligna arida? Domus gaudi. Possimus juxta historiam dicere quid licet Assyri civitatem non expugnari, domos tamen gaudi quæ cives Jerosolymitanæ extra muros habebant vâstârunt, etc. Sed priorem expositionem videntur sequentia confirmare. **Vers. 14. — DOMUS.** Vel palatium. Nam ab altitudine Hebreis dicitur, et collectivè accipitur. Explicata autem videntur pluribus verbis quod dixerat, epinas oritur in domibus gaudi, etc. Deserentur, inquit, palatia, et urbis frequenta et strepitus cessabit. Desertas autem domos et vicos quis dubitet quin urtice occupent? Vides hec nequaquam Ezechie temporibus convenire? Quid si de vastatione qua facta est per Babylonios intelligas, preter hoc quid superiora non convenient, versus quoque sequens id nequaquam pati videntur. Nam quoniam pacto verum erit quid effuso Domini Spiritu desertum versum fuerit in Carmel, et Carmel in silvam? Nam verba haec, ut ex loco cap. 29, 17, appareat, et horum prenam et ilorum felicitatem notant. Ergo quam supponimus interpretatione tenenda est. Vide supra vers. 9. **DIMISSA.** Verbum Hebreum tam in bonam quian in malam partem accipitur, sed plerisque in malam, sicut et verbum osab quod mox sequitur, ut Psal. 22: *Deus mens, Deus meus, quare me dereliquisti?* pro quo Chaldaeus schabathani, quo usus est Christus Dominus in cruce, et Evangelista ita collocârunt ut sciat qui hebrei ignorat, legendum esse Sebakhani. **TENEBRA.** De voce ophel magna est varietas et controversia. Mibi quod quidam vir doctus annotatum reliquit magis placuit, nempe quid esset locus inter scopolus seu montes, angustus transitus seu meatus arcus, per quem contendere oportet; et quia hujusmodi loca

apta erant quibus hostium incursions arcerentur, turres seu arces supererexabant ut in illis collocaerent præsidia. Graci ejusmodi loca nôræ vocant, Latinæ fauces, Hispani portu. Fit autem diuoram in Scripturâ sacrâ celebrum mentio; quarum una fuit Jerosolymis inter aream et templum, ubi extractam arem Nathinæ tanquam præsidium tenuerunt, ne vel hostibus vel grassatoribus pateret ad arem regiam aditus sive irrupcio. Et appellatione videtur habere quid in abido et latente loco esset et quodam recessus; proinde quidam Hebraeorum per ophel, alii per aphel exposuerunt, quorum utrumque obseruitatem seu caliginem significat, et hos securus est hoc loco Vulgatus. Neque dubium quin ut litteris ita quoque significatio affinia sint; Graci quoque non longe abducent. Et quidem Mich. 4: *Erit ut, turris gregis Ophel filia Sion usque ad te veniet; Septuaginta: Turris squamata; Vulgatus: Nebulosa, dixerunt. At 2 Par. 27: In muro Ophel, adiuvavit multa, et 35: Post hac adiuvavit murum exteriorem circa civitatem David ad occidentem Gichon in valle, ubi existuit ad portas Piscium et circumdebet Ophel, et exaltavit illum validè. Tam Graecus quâd Vulgatus Ophel reliquerunt. Ex quibus locis et Neh. 3, et 41, clarum videntur ophel nomen esse loci seu arcis. Porro altera fuit in finibus Israelis et Syriae, de quâ 2 Reg. 5: *Cum venisset in Ophel, accepit de manu eorum; pro quo Chald.* Et ascendit ad locum absconditum, ubi Kimhi dicit significare locum excusum in quo sit extrellum aliquod adficiendum. **PALATIO.** Vulgatus ut aliud cognatum tenebris ponet, palpitationem reddidit. Est enim bacan probare, etaminare, etc. Unde bohan, id est, probatio, supra 28, et bahan, id est, vallum seu munitione, que probata est contra oppugnationem obdidentum. Loca has que munita credo significari his duobus nominibus, in quibus dices notescuntur erant militari stationes; in quibus solent usque ad finem obsidionis perdurare aliqui, ut saltem sequi nonnulli conditionibus acceptis tutò abire possint. Hac igitur in speluncas seu cavernas redacta dicens, quas nemo incolit praeter feras et aves ferales, et quae atra metus est, et ingredientes horror invadit, omnimodam civitatis Jerosolymitanæ vastationem significavit; quod mox expensis ait, **GAUDIUM FERARUM,** etc. Nam pharâ (quem presumo onagrum vertutem; est autem onager asinus silvestris, quem doctus quidam Hebreus zebra vocat; quod animal nostro tempore ab Indiâ allatum vidiimus) in genere feras significat, et à fecunditate appellatum habet (plures enim quâd domesca animalia foetus edunt), à verbo pharâ, illud verò usque in sempiternum, vel seculum, longum tempus designat. Quid si ex hac voce volunt Iudei probare legem nonnunquam abholendam, quod in lege sapè dicatur legitimum sempiternum, etc., videant quid sibi hoc loco velit Jerosolymam desertam futuram in sempiternum. Certè quoque sequentur terminum significare videntur; quod facit ut alteram illam vastationem invisibilis hoc quoque loco recolamus.*

**Vers. 15. — DONEC EFFUNDATUR.** Hic vides vastationem (videlicet cum tempore) iustitiae impunitam (cum tempore) habent Jerosolymam castellum ob colligunt aliquid

tione tam ingenti et diuturnæ quasi pro termino præfigi effusionem Spiritus è celo; hic est enim qui omnia vilific atque restaurat. Nam exhalatur à viscerebus Patris, qui habet vitam in semetipsa, et Filii, cui dedit Pater habere vitam in semetipsa. Est ergo Spiritus vita, quo totus ornatus mundi constituit; quem si auferit a mundo Deus, omnia deficit; quem si rursus emitat, recreantur omnia, et renovaret orbis facies, ut est apud Davidem. Hic spinas et vepres à palatis auferit, feras abigunt, frequentiam et strepitum civitatis restituit, munitiones restaurat; denique tamdiu durat desolatio, donec effundatur Spiritus ex celo. Nam quod Iudei dicunt effusionem Spiritus nihil aliud esse quam divinam voluntatem, id est, tamdiu durabit quoque velit Dominus, est Scriptura pervertere, qua non sic conveverunt loqui. Nos autem ex apostolicis scriptis habemus quid quando spiritalem desolationem, qua in mundo obtinuerat, Dominus restaurare voluit, Spiritum hunc in nos effudit, ut narrat Lucas in Actis; ut ad hunc Isaiae locum resipesse Paulus videatur cum diceret de Spiritu sancto, quem effudit in nos abunde. Et erit deserto, etc. Exspectaret carnalis Iudeus ut dicere propheta, et ciuitas readiabitur, et frequentia populi restituatur, etc., pro his deserta in fertilitatem vertenda dicit; qua non ad se pertinere secundum carnem Iudei putarent, addit Charmel in silvam convertendam. Spiritus ergo de celo sumis inopis et infocundas gentes et omnium spiritualium bonorum vacuas ditavit, focundavit et, juxta canticum matris Domini, implevit bonis; quo quidem tempore Israelite secundum carnem, qui se divites existimabant, dimissi sunt inanes, et fertilis illæ Charmel in silvam redditus est et habitacionem facit, et quæ videbantur habere, ut alio loco dicit Evangelium, ab eis ablata sunt. Quia est ergo isthac restauratio Jerosolymorum? qui, inquiet, terminus iste desolations, si in silvam reputamus? Quo pacto verum est quid tamdiu esset gaudium ferarum quousque effundatur Spiritus? in Spiritus, ut vos dicitis, effusa est, et nos in deserto sumus? Quid haec nobis obligavit? Prophetæ objicunt, qui terminum desolations effusionem Spiritus prefici, effuso verò Spiritu Charmel in silvam vertendum affirmavit. Intelligent ergo spiritalem esse restauracionem; et jam cùm dominus advenit, eos vastatos, ac desolatam reperisse Iudeam, et spiritualiter restaurasse mundum; quinimò, ut à lapidibus et lignis et visibilibus muris et plateis animos eorum avelleret, voluisse ut funditus eviceretur illa visibilis Jerosolyma, ut Spiritu sancto restaurari volentes de terrena Jerosolyma parum curarent, atque sic ex deserto cum gentibus in Charmel converterentur. Quod si adhuc protrevire velint, et hic hostes nomine Charmeli, se autem nomine deserti intelligendos, videant haec ipsa verba supra cap. 29, 17, ubi de Iudeis dicta manifestum est, qui Deum colebant labis, etc.

**Vers. 16. — ET HABITAT IN SOLITUDINE,** id est, in illis qui olim erant desertum ac solitudinem. In Charmel,

in novo videlicet Charmel, qui olim erat assertum, et iam sunt agri benedictionis. Hæc est nova Jerosolyma, in quâ vides pro palatis et domibus gaudi redire iustitiam ac judicium. Hæc sunt palatia, haec terræ novæ Jerosolymæ; in his vicis et plateis sollemmodo gaudi est. His munitionibus satis se tutos servi Dei semper crediderunt: et quia has nemo unquam expugnare, nemo ab Ecclesiâ ejicere poterit, ipsa est civitas iustitiae ac sancta. Quid autem iustitia et iudicium significant, jam supra non semel dictum est.

**Vers. 17. — OPUS JUSTITIE,** mæsach, factum, factura et, qui post actionem manet, effectus. Hic ergo vides pacem ex iustitia ori. Nomine autem pacis, ut supra dictum est, salutem, prosperitatem, incolumentem et omnino modum felicitatem intelligent Hebrei. Et hinc accipiente videatur Paulus illud Rom. 5, 1: *Justificati ex fide pacem habemus erga Deum;* nam et hic sequitur: **CULTUS JUSTITIE** QUES ET FIDUCIA, id est, cultus, servitium seu obsequium ad justitiam consequendam est nos nostraque omnia Deo committere tanquam Patri amantissimo, cui fidem dedimus, quem pro Deo accipimus; cui obtemperare, cujus legem servare ex animo promisimus; quique non in fidem suam suscepit; quibus etiam, nisi inobedientes esse vellemus, se nunquam defuturum vicissim pollicitus est. Hæc omnis includit fides Paulina, cui justitiam tribuit ipse. Ne quis ex hoc loco nudam ac jejunam quorundam hereticorum fidem stabiliri potet; addidit autem quietem seu quiescere (nam infinitus est pro nomine), quid sine hastigatione, in securam ac firmam veliti esse fidem nostram. Quid si urgere velint Lutherani nihil aliud hic dici quid quod iustitia pacem pariat, quieta autem et secura fiducia justitia sit cultus, neque quidquam aliud addendum esse, respondere poterimus: Non negare Catholicos fiduciam firmam in Deum habendam semper esse, et quid actu hujuscemodi Deum colatur, aut quid actus hic fiducie cultus sit iustitiae et ad justitiam necessarius; sed actu isto tantum constare justificationem planè negamus. Neque enim prophetæ aut Apostoli omnia ubique dicunt. Autem remitti nobis peccata dicit in Evangelio Dominus, si et nos remitterimus debitoribus nostris errata ipsorum? Ergo justificationem et remissionem peccatorum condonatione debitorum definimus? Quid de elemosynis et aliis dicemus? Adde quid verba haec apud prophetam non magis innunt quid qui securè fidei iustitiam conservat, quâd qui justus est in tranquillus et securus sit; imò hoc potius significari dicent lingua Hebreæ perit. Et hoc confirmant versus sequentes. Videat enim effectus iustitiae describere, qua in soliditudine, etc., habitatura erat; ut quod in priori membro dictum est, et secundo repetatur: *Opus justitiae erit pax; et cultus justitiae,* id est, quem isti exhibent, vel servitum, quod servium justi, et ad quod à iustitia, quam intus habent per Spiritum sanctum qui ipsi datum est inclinantur, est quiescere et fidei; ut si quod alibi dicunt. Sperate in Deum seculis aeternis. Nam cum Paulo propter hoc affiguntur qua

*spem habent in Deum, qui est salvator omnium, maximam fidem; betac autem fiducia vel securitas; et ita passim accipit; et quando in adverbium transit, id liquido appetet: Deut. 33: Commorabitur Israel, beatæ, tubo, securæ, etc.*

Vers. 18. — Hic versus superiore explicat, quod scilicet *justitia*, que per Spiritum sanctum nobis conceditur, pacem et securitatem pariat. *Is* PULCHRITUDINE. Superioris de nomine *neveh* dictum est cap. 27, quod *pascuum locum et amenum*, interim quoque *domos rurales* significaret; hic certè hæc significatio maximè convenit, ut ea quibus jungitur ostendat. *Pulchritudinem ergo seu amenantem* in Vulgata accipe pro ipsis *locis amanis et pascuis*; et singulariter collectivè. Ob quod ego *mapala* dixi. De aliis autem vocibus jam quoque supra dictum est. Idemque ferè ter dicitur, ut felicitatem servorum satis testatum declarat, cum precipiatur que per Christum et Spiritum eius nobis contigit; qua tanta est ut verba de-sint quibus explicari possit. Eorum profectio pacem, confidentiam atque securitatem neque adversus protestates neque totus mundus interturbare potest; sunt enim *fundati super firmam petram*. Quis autem nocere illis poterit qui, quod major est que supervenit calamitas, magis gaudent, et quod magis prenumerant eò se in majori amplitudine conspicunt? Vide quæ Paulus de eo et copostos commemoaret; nam ad hos precipiunt dirigit propheticus sermo, in quibus completa sunt promissiones de restaurando Israele, ac deinde ad novos Israëlitas quos ipsi per Evangelium generuerunt, qui eadē pace et securitate fruebantur, ut quidem justitiam consequenti fuerant, qui *rapinam bonorum suorum cum gaudio suscipiebant*, etc.

Vers. 19. — GRANDI AUTEM, VEL, ET GRANDINABIT, ut nonnulli volunt. Sed quia nullib[us] tanquam verbum lego, libet hic cum Vulgato accipere. Non enim puncti facient duco quanto rabbini David et nonnulli ex nostris, cum ipsi Hebrei passim non sibi in punctorum ratione consent. Docte autem Vulgatus vnu pro adversaria accipit, quasi responderet versibus 16, 17 et 18, in quibus dixerat, in novo *Charmel*, qui olim *desertum fuerat*, *habituaram justitiam*; cuius effectus mox enumeravit; supererat ergo ut quæ futura esset sors *Charmeli* antiqui, qui in *silvam abierat*, explicaret. Hanc in hoc verso habes, nempe quod ejus pars ac sors sit *grandus* que in Scripturis symbolum est divina vindicta: non semel enim lapis-dibus è celo obruit Dominus hostes suos. IN DESCEN-SIONE SALTUS. Infinitius est, ut reddi possit in descendendo in *silvam*, id est, quando descendenter in *silvam*, supple *Dominius*. Nam he prepositum nominis Motu ad locum potest notare. Vel nomen est (ut accepti Vulgatus), id est, *grandus in silvam descendens*, in antiquum nemp*e Charmel*, qui in *silvam* versus est; q. d., in Judaismum, in Judeam, et infideles Judeos, expertes justitiae et bonorum coelestium, que Spiritus de celo adveniens in suis diffudit. Super hos, inquam, *grandinabit*, et omnia adversa experientur.

Ne quis autem ambigere posset quenam esset hæc *silva* (ut nonnulli ex nostris, qui secuti Kimchium et alios rabbinos *sileam* materialiter accipiunt, quod non caderet grande in *sata seu civitates*, sed in *silvas et saltus*), addit Propheta: Et *HUMILITATE HUMILIBITUR*, *civitas*. Jerusalem enim precipua erat spiritualis *Charmeli* pars, qui in *silvam* per infidelitatem *versus fuerat*. Sed bene est quod hoc quoque ad prosperitatem detorquent, quod propter securitatem civitatis in valibus possent edificari. Neque pudeat viros Christianos, et aliquo doctis, has interpretationes, immo Scripturarum luxationes perversiones, ex rabbinis impensis mutuare et pro oraculis colere. Ergo illis verbis, *habitabit in deserto iudicium*, id est, in eo qui olim desertum erat, respondet, *humiilitur civitas*; illis autem, *justitia in Charmel sedebit*, respondet, *grandus descendens in silvam*. Illic enim pro eodem accepti *desertum et Charmel*; nam *desertum in Charmel sive fuitur*. Hic quoque pro eodem *sileam et civitatem* accipit; nam in *sileam* vertenda erat et civitas, et omnis Judea et universus *Judaismus*. Ludit autem in nominibus *taar silva et ir, civitas*; de quibus jam in superioribus dixi quod ab eadem radice or dicentur, *excludendo*; nam quae eriguntur, sive ligna sive domus, Hebrai excitarunt dicunt. *Venit, nolint ergo Iudei, venustè et non sine mysterio candem rem utrumque nomen diversa ratione significare accipiunt*.

Vers. 20. — BEATI (4). De voce aschere, quod ad-

(1) Sanchez ita explicat, q. d.: O fortunati, qui illum diem redditus è Babylone cernent, quando Iudaem antè sterilem, senticosam et incultam, assidue imbre fecundam redet; et liebit in humentes colesti rore agros juga bovin et asinorum agere; et illis ex labore ad satus accipiendo dispositis, semen com mittere. Alii, q. d.: Ita luxuriant segetes, ut, ne praecopii sese invicem suffocent, in ea immittant boves et asinos, qui primam herbam luxuriantem depascantur.

Verum in expositione nostrâ est apostole ad Apostolos, virisque apostolicos, q. d.: O vos beatos, qui super omnes aquas, id est, omnes populos, seminatis Evangelium, immittentes in eos boves et asinos, id est, prædicatores et operarios Evangelicae et salutiferae messis.

Inmittere pedem bovis et asini nihil est aliud, quam terram corde jugo bolum, vel jugo asinorum; non enim poterit animal arare in bove et asino, juxta legendum Deut. 22, 10, sed seorsim.

Rursum aquas vocat terram aquis et pluvia mandent; in tali enim seminatur, non in puris aquis. Nota bōs arationis, indequæ messis et fertilitatis præcis erat symbolum, ut patet ex bobus qui per visionem Pharaoni apparuerunt, Gen. 41, 2. Quocirca boves juncti in numero Vespasianus imperatoris, atque illi jugati in C. Marci numero, significant eos agriculturam, et rem frumentariam ad civium alimento procurasse. Nam et apud conjectores, arantes boves imaginari, letissimam prenumerantia frugem, et opulentiam rerum felicitatem. Quin et nomen bovi a nutriendo datum; sed enim est nutritio; labore enim suo in exercendo terrâ continuo nos pascit. Ac Grandis fructus, felix agriculturam vocant, quibus ex quo agricultura est, et bovis etiam epitheton. Romanus porrò tantum honoris bovi tribuerunt, ut Italiā ipsum olim ab Iulis, nuncupatis bobus, appellata prædicent. Quin et apud eos olim non minus

verbū sit et faustis acclamationibus deseruat, jam supra annotavimus. Ceterum quid alii partim Judæi, partim impetustè hic dicant, apud ipsos legere liebit; ego autem quid sentiam brevi sic habeo. *Bos et asinus animalia sunt*, quorum opera maxime agricola utuntur. Deinde ea loca quæ propinquæ sunt rivis et fluminis fertiliora esse nemo dubitat. Igitur cum illam admirabilem rerum vicissitudinem, excisionis videlicet Iudeorum et electionis gentium, quam multis verbis et narrat et admiratur Paulus in Epistola ad Romanos, propheta enarrasset capitale fuit occidere bovem, quoniam hominem. Memorabilis verò tuit priserum Germanorum mos, qui uxori ducente boves junctos, frenatum equum, et scutum cum gladio mittebant donis nuptiis, ut uxor, ait Cornel. Tacitus, admotorenum se venire viro in laborum et periculorum sociam, idem in pace, idem in præliis passuram ausuramque; laborenum enim juncti boves, bellum paratus equus, et data arcta denuntiabant. Ita Pierius, hierogl. 5. Extat emblemata bovis cum hac inscriptione *aris et agris*, representans hominem agentem vitam tam activan quam contemplativam. Bos enim agit arando in agris, idem immolarit in aries, unde symbolum est religiosum, et vite contemplativa.

Symbolicè, asinus animal immundum significat gentes, bos mundus Iudeos; innuit ergo utrumque populum in Christi fidem. Evangelium conspiratum. Ita S. Cyriacus, Hieron., Theodor., Procop. et Greg. 55 Moral., cap. 4, Clemens, lib. 8 Stromat., initio. Unde in lege nova resscissi fuit illa lex vetus: *Non arabis in bove et asino*.

Tropolog. S. Bernardus, Serm. de S. Benedicto: *Beati qui seminant super omnes aquas, etiam que super celos sunt, que sunt virtutes angelicas et celestes populi*. Ita plane: *quoniam spectacula facti sumus et angelis*; et hominibus. Seminamus igitur hominibus exemplum bonum per aptera opera; seminamus angelis gaudium magnum per oculata suspiria. Et post pauca: *O genit Adam, quoniam multi seminaverunt in te, et quoniam pretiosum semen tuum! quoniam male peribis, et quoniam merito, si pertinerit in te tandem semen, et seminuant labor!* Seminavit in terra nostrâ tota *Trinitas*, seminamus angelis pariter et Apostoli, seminamus martyres, et confessores, et virginis. Seminavit et Filius; ipsorum est qui exicit seminare semen suum. Ita tota *Trinitas* seminavit: *Pater, scilicet, pamen de celo, Filius, veritatem, Spiritus sanctus, charitatem*. Alter, S. B. Silvius in c. 1 Isaiæ: *Beatus, inquit, qui boven, id est, generosus, et aptus ad laborum tolerantium; et asinus, id est, cupidus et carnalem, ut cupiditate sua calcat et vincat*. Alter et S. Ambrosius ad frenum: *Bos, inquit, cornutus fronsac habet, asinus mansuetudinem*. *Quia beatus, qui et severitatem et mansuetudinem texit, ut altero disciplina servetur, altero invenientur*. (Corn. à Lap.)

#### CAPUT XXXIII.

1. Vé qui prædaris, nonne et ipse prædaraberis? et qui spernis, nonne et ipsa sperneris? Cùm consumaveris deprædationem, deprædaraberis: cùm fatigatus desideria contempnere, contempneris.

2. Domine, misericordia nostra: te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis.

3. A voce angelorum fugerunt populi, et ab exhalatione tui dispersi sunt gentes.

4. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligunt bruchus, velut cum fossæ plene faerint de eo.

1. Malheur à vous qui pillez les autres: ne serez-vous pas aussi pilé? Malheur à vous qui méprisez les autres; ne serez-vous pas aussi méprisé? Lorsque vous aurez acheté de déposséder les autres, vous serez dépossédé; lorsque vous serez las de mépriser les autres, vous tomberez dans le mépris.

2. Seigneur, faites-nous miséricorde, parce que nous avons attendu; soyez le bras qui nous soutiendra dès le matin, et notre salut au temps de l'affliction.

3. Les peuples ont fui au bruit de votre ange, et les nations ont été dispersées par l'éclat de votre grandeur.

4. Et l'on amassera vos déponibles comme on amasse une multitude de hanchettes dont on remplit des fosses entières.

#### CHAPITRE XXXIII.